



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

21 Decimae personales de quibus persolvantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

¹⁶ Vbi verò consuetudo f^t non excusat, prædialis decima debetur de omnibus ter-
re fructibus, & proventibus, ut de omni
frumento, & grano, etiam in palea, de fa-
bis, & aliis leguminibus de nucibus, casta-
neis, olivis, pomis, & aliis arborum fructi-
bus, de vino, canape, lino, caco, f¹⁸ no
quod in fasciculos redigitur, hortorum
oleribus ad usum patochi lignorum, & pa-
scuorum, de quibus per Host. in sum. de
decim. num. 5, & non solum de fructu, qui
germinat, sed etiam de fructu, qui non
germinat, qui proprie appellatur redditus,
ut de molendino, de cuius fructibus deci-
ma debetur, non deductis sumptibus fa-
ctis pro hujusmodi redditibus habendis,
ut tenet Abbas in cap. pastoralis, num. 2. de
decim.

Prædialis f^t verò debetur de jure divino
¹⁷ ex communi canonistarum sententia rela-
taper Covar. in lib. 1. var. resol. His ac-
cedunt innúmeræ Sanctorum Hierony-
mi, & Augustini, Rot. Rom. & Conclio-
rum Magunic. & Trident. & tantorum
Patrum in Spiritu sancto legitimè con-
gregatorum auctoritates, à quibus solu-
tionem decimarum Deo debitam esse,
fuit pronunciatum, ut supra post principi-
um, ver. primò auctoritate, & quicquid te-
neat Covar. loco proximo citato, & ibi in ¹⁸
ver. praterea, quod nec jure naturali, nec
divino decimæ debeantur, est contra com-
mūnem opinionem comprobata à la-
tero concilio Tridentino novissime cele-
brato, quod expressis verbis decimarum
solutionem debitam esse Deo pronuncia-
vit, ut in cap. 12. de reform. sess. 25. quod
quidem contrariā interpretationem non
admitit sine Papæ auctoritate. Sed
quod integra decima pars fructuum, aut

vigesima, vel trigesima debeatur id non
cadit sub divino præcepto. Verum, quod
ali quid decimarum loco Deo offeratur, ut
agnoscatur supremus rerum omnium Do-
minus, hoc jus divinum, & naturale præ-
scribit. Azot. lib. 7. institut. moral. cap.
37. sub ver. his positio, & jure f^t positivo
mandatur, ut perfolvantur decimæ tan-
quam jure divino debitæ sub excommu-
nicationis pœna, ut cap. pervenit, & cap. in
aliquibus de decim.

Ubi autem consuetudo recepta est, &
legitimè f^t præscripta, quod decima non
solvatur, solvi non debet, sed in solutione
facienda standum est consuetudini legitimi-
mè præscriptæ, quæ vim legis habet. Hinc
intrat præsumptio, quod olim Romani
Pontifices remiserint decimas laicis quo-
dammodo titulo permutationis, pro bonis
ab ipsis ad ecclesiarum, & clericorum
usus assignatis, ea lege, ut dotarent ecclesiæ,
& necessaria vita subsidia clericis præ-
berent, dummodò aliquid persolvatur, &
clericis necessaria ministrentur; prout plu-
ribus in locis fuerint ecclesiæ ditatæ, &
ubique de aliquibus bonis dotatae, ut per
Azot. eod. lib. 7. cap. 37. ver. ex hu-
mula.

Mista decima f^t est, quæ de agnis, & ali-
orum foetibus animalium debetur, ut per
Hostiens. in summ. num. 3. in ver. quod
sint solviturque etiam de lacte, caseo, la-
na, ovibus, & omnibus aliis fructibus
animalium, etiam de cera, & melle
apum.

Personales f^t solvuntur de venatione,
piscatione, de captis in justo bello, stipen-
dio militum, lucro Advocatorum, & Pro-
curatorum, de lapidicinis, & auri, aliorum-

Vv 3

que

que metallorum fodinis, de molendinis, & furnis, mercede mercenariorum, ac de omni artificio, negotiatione, & lucro, ac aliis; de quibus per Host. in sum. de decim. eod. n. 5. & copiosè Monet. dicto capitulo quarto, eodem titulo, per totum.

22. Quæri nunc potest, † an judex secularis cognoscere possit de causa decimatarum; & est distinguendum, quia, aut agitur de quæstione facti tantum, & non juris, ut de summario possessorio; & tunc judex secularis erit competens, non jure suo, sed favore ecclesiæ, cum agatur de sola exequitione in favorem ecclesiæ. Feder. de Sen. conf. 245. n. 3. Felin. in c. causam, n. 15. de prescript. Rebuff. quest. 10. num. 3. & Monet. q. 8. num. 13. de decim. Secundò, erit competens judex secularis, quando agitur de facto, vel de furto decimatarum, vel executione, Fed. in d. conf. 245. & Rebuff. eod. n. 3.

Tertiò, quando tantum agitur an decimæ sint solutæ, quo casu poterunt clericorum coram judice seculari laicos solutionem decimatarum recusantes compellere, Covarr. pract. quest. c. 35. num. 21. Rebuff. eodem cap. 10. num. 4. & Monet. eod. c. 8. num. 5. de decim. & quoque casu non privativè ad judicem ecclesiasticum, sed erit in arbitrio clericorum, quem velint ecclesiasticum, vel secularis judicem adire, & erit locus præventioni, Feder. eod. conf. 245. ita quod in dictis casibus ecclesiastici habebunt duos judices, Felin. in d. cap. causam, num. 25. & melius Covarr: eodem num. 2. quem sequitur Monet. dicto cap. 8. num. 14. Si verò de jure exigendi decimam tantum agatur, illud jus in laicis cadere non potest, & qui tale jus

sibi usurpat, sacrilegium committit: quis rei sacrae sibi contra factos canones, & jura sumit, & arrogat; decima enim est res spiritualis, & sacra, ut inquit Abb. in cap. ad hec. num. 2. de decim. & Azor. eodem. 7. cap. 34. sub vers. septimæ queritur, & ideo ad iudicem ecclesiasticum cognitio spectat. gloss. in c. ex tenore, in ver. Ecclesiarum, de for. comp. & Rebuff. in dicto tract. de decim. quest. 10. num. 2. & 35. & jurisdictione spiritualis per laicum, nec præscriptione acquiri potest, cap. causam qua. de prescript. cap. prohibitus, de decim. & Azor. dicto l. 7. institut. morab. cap. 36. vers. quarto queritur.

Decimorum causæ tribus remediis † possessoris agitari possunt.

Primo remedio retinendæ, quando quis est in possessione illas percipiendi tempore, quo lis movetur, in qua est manutenuendus, §. quorum, vers. hodie, instit. de interd. cap. licet causam, §. fin. vers. cum ergo, de probat. Bart. in l. 1. §. hujus autem, num. 1. ff. ut possi. & in l. 1. C. eodem titulo, Ruin. confil. 106. num. 1. vol. 5. Corn. 113. n. 1. vol. 1. & hoc remedio retinendæ, vel interdicto, uti possidetis, statim quod quis adeptus est beneficium, & inductus in possessionem, licet adhuc nullas receperit decimas, agi potest ad decimas, in quarum possessione prædecessor existebat, quia per inductionem in possessionem beneficiatus efficitur † possessor omnium rerum & iuris suæ Ecclesiæ, Rebuff. q. 9. num. 3. & 5. & Monet. quest. 8. num. 30. & 31. de decim. Nam in acquisitione possessionis non requiritur adeptio possessoris omnium prædiorum, & glebarum, l. 3. in princip. ff. de alio poss. sed in beneficialibus sufficit apprehendere possessionem bene-